recognovit Quod nobiles Valentinum filium Alberti Propinowski et Annam
Kobylenska (?) eiusdem Propinowski de omnibus causis et actionibus ad Iudi
cium terrae Tischovinens ratione ademptionis fundi in area tum et aliis quibus
uis iniurijs et praetensionibus per se eisdem adhuc usque actum institutis
et actae Decisionis dependens ob praestitam sibi sufficientem satisfactionem
quietat et emittit et liberos facit processusque omnes et decreta quaevis lata cassat
perpetuum silentium actione eandem bonorum ademptionis fundi imponendo.

Gnosorum Mokrzeckiech approbatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Brzestensibus comparentes personaliter
Generosi Apollo Mokrzecki Pincerna terrae Bielsensis et Stanislaus Mo
krzecki filius olim Generosi Michaelis Mokrzecki Pincernae terrae Bielsensis
filius annorum octodecem citra vel ultra ab una Et Generosus Theophilus
Mokrzecki Gladifer terrae Viznensis partibus ex alia sani mentibus et
corporibus existentes palam publice et per expressum recognoverunt et qui
libet eorum pro se prout interesse recognovit Quod ipsi inter se intercisam
certam de data in Mrzewodnica (?) Chaplanissa (?) die undecima Julij anno
praesenti confectam manibus suis et certorum amicorum subscriptam
sub vadio duorum millium florenorum polonicalium firmatam in omnibus eiusdem
intercisae punctis clausulis articulis et conditionibus approbant confir
mant et ratificant ea omnia in praefata intercisa enarrata pro rato
et grato firmo ac valido se habere observare declarant sub vadio
eorundem duorum millium florenorum polonicalium in defectu alicuius conditionis
vel partem aliquam non expletae ad solvendum irremissibiliter
succumbendo Et Coram officio praesenti uti se hinc inde parte utraque
incorporant porrectam responsione omnibus controversijs exceptionibus
allegationibus evasionibus dilationibus infirmitatibus motionibus appellationibus et earum pro
secutionibus alijsque in universum iuris remedijs et defensis legalibusque
impedimentis etiam de iure concedi solitis se et suos successores uti
abscribendo et abrenunciando personalibus suis recognoscens mediis.

Kobylenski obligatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Brzestensibus comparens
personaliter nobilis Paulus olim Stanislai Kobylenski de Krzesimy (?)
haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit Quod nobili
Petro olim Mathiae Kobylenski et eius posteris bonorum suorum
in haereditate Krzesimy (?) fallorum in campo quatuor sulcos a metta ad borram (?)
inter mettas Petri Kobylenski et Mathiae Frankowski (?) iacentes
Cum omnibus utilitatibus fructibus proventibus attinentibus et pertinentibus cen
susque commodis nullis exceptis in summa Quinque florenorum polonicalium
ademptionis obligavit Cui eam exinde Intromissionem realem cum actu
ali de pacifica possessione per ministerialem regni Generosum et nobiles duos officiose acceptandam
dat et admittit pacemque tuitionem et evictionem omnimodam occasione praemissorum
ab omnibus impedimentis iuridicis et extraiuridicis quarumuis personarum propin
quorum remotorum cuiusvis sexus status et conditionis existentium cavet sub vadio
aliorum Quinque florenorum polonicalium Et Coram officio Castrensi Brzestensi
is termino peremptoria renuncians omnibus in universum iuris
legibus impedimentis etiam de iure concedi solitis exceptionibus abrenuncia